



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 726. Usque Ad Annum 813

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117859

§.55. Ecclesia Hispaniæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66091](#)

Sepultus est ad S. Dionysium, cui Mo- Sæcul. VIII.
nasterio maxima contulerat beneficia. A. C. 768.

§. LV.

Ecclesia Hispanicæ.

Eodem anno septingentesimo sexagesi- *Sebast. Sal-*
mo octavo e vivis abiit Froila Rex *mant.*
Christianorum in Hispania, postquam re-
gnasset annis undecim & tribus mensi-
bus. Is Alphonso Catholico, æra 795.
seu anno 757. successerat, sæpiusque A-
rabibus prælio victis, Episcopatum Luci *Sandoval.*
Augusti vulgo *Lugo*, veteris in Asturia *not. p. 110.*
Civitatis, quæ hodie destructa est, Ove-
tum transtulit. Civitas Ovetana origi-
nem suam debet cuidam Monasterio,
Froila regnante fundato a Monachis, ut
ibi S. Vincentii Reliquias deponere pos-
sent. Quandoquidem Christiani Valen- *Id. p. 97.*
tia ab Arabibus pulsi has Reliquias itine-
re maritimo usque ad Promontorium,
quod inde in Provincia Algarbiæ a No-
mine S. Vincentii dictum, & prius Pro-
montorium Sacrum appellabatur, detu-
lerunt. Ex hoc loco Sancti hujus Reli-
quiæ ad diversa Hispaniarum loca per-
venerunt. Froila regnante aliqua Mo-
nasteria fundata feruntur; sed Hispania
tunc sub jugo Saracenorum gemente, de
his nihil satis certum litteris proditum
ad nos usque translatum habemus.

Sebast.

Z 2

Froila

Sæcul. VIII.
A. C. 768.

Froila cum sua manu fratrem Vimaranum occidisset, & ipse interfactus est, habuitque Successorem in Hispania Aurelium Patrualem, qui annos decem Regnum tenuit.

§. LVI.

Capitulare primum Caroli.

tom. I. Cap. Ad initium Regni Caroli in Francia refertur Capitulare, quod ad reformationem Disciplinæ Ecclesiasticæ tendit.

p. 189. In eo Carolus loquitur in hunc modum:

c. 1. Cum nos omnes Subditi nostri, praesertim Episcopi & Clerici, id rogarent, Servis Dei districte prohibemus, ne arma gestent, ne militent, ne exercitum sequantur, illis solummodo exceptis, qui delecti sunt ad celebrandum Officium Divinum, id est, Missas celebrandas, & portandas Reliquias. Ad quod praestandum unus, duodecim Episcopi cum Presbyteris Capellani suffecerint. Quilibet Praefectus militum apud se habeat Presbyterum, qui confitentibus peccata sua pœnitentiam injungat.

c. 2. Sacerdotes sub pœna Depositionis nec Christianorum, nec Paganorum sanguinem fundant.

c. 3. Nulli Clerici cum canibus, aut Falconibus venentur. Episcopi aut Presbyteri ignoti non admittantur ad Ministerium, nisi prius in Synodo ad examen vocati fuerint.

c. 4.

Epis.